

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio u
cum uariis

Apud Trachiam in regis electione non nobilitas preualet sed suffragium uniuersorum. Populus enim eligit spectatum moribus et inueterata clemencia eciam annis grauem, sed hec in eo queritur cui liberi nulli sunt. Nam qui pater fuerit, eciam si uita polleat, non admittitur ad regendum, et si forte dum regnat genuerit, exuitur potestate; ideoque maxime custoditur ne fiat hereditarium regnum. Deinde eciam si rex maximam preferat equitatem, nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit ne in causis capitum solus iudicet. Sic quoque si displicuerit iudicatum, ad populum prouocatur atque ita datis iudicibus septuaginta fertur sententia cui necessario acquiescitur.

Solinus de mirabilibus mundi.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

apud] apulei (*cor. intra*) B; clemencia] mori *add. (del. sub lin.)* C; eciam] et B V² L¹ L²,
om. P V¹; hec] hoc P V¹ V² L¹ L²